Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26114
Copyright: Admont, Benediktinerstift



56

ite in ignem eternum. Et que dicturus est bonis: Esuriui: & dedistis mihi manducare. ycetera. Et respondebunt illi. Domine quando te uidimus esurientem: Et ille ait ad eos. Cum uni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Intelligite igitur stulte quis elemosinas facere de rapinis: quim si quando pascis xpianum. pascis xpm. Attende quid sinistris dicturus est. Ite in ignem eternum. Quare: Esuriui: & non dedistis mihi manducare. Nudus fui: & non uestistis me. Ite in ignem eternum. Prius ite. Quare: Quia nudus fui: & non uestistis me. Si igitur in ignem eternum ibit. cui dicturus est xpc nudus fui & non uestisti me: quem locum habebit in igne eterno cui dicet. uestitus fui et expoliasti me. Hic fortasse ut euadas uocem hanc. ne dicat tibi xpc. uestitus fui. expoliasti me. mutata consuetudine cogitas expoliare hereticum ut iudeum. & non uestire xpianum: & hic respondebit tibi xpc. immo nec respondet tibi per seruum suum. qualecumque ministrum suum: respondet etiam hic. Parce dapnis meis. Cum enim tu qui xpianus es. spoliasti iudeum. impedis fieri xpianum. Et tamen hic forte adhuc respondebis. Ego non ex aliqo odio penam ingero: sed de dilectione potius disciplinam. Iudeo expolio iudeum: ut phanc asperam & salubrem disciplinam faciam xpianum. Audire & credere: si quid abstuliste iudeo. reddes xpiano. Forte hoc secum aliquis cogitat & dicit. multi sunt xpiani. diuites. auari. cupidi. non habeo peccatum si illis abstuliero & pauperibus de ... dero. Vnde enim illi nihil boni faciunt: merede habere ... potero. si ego elemosinas dedero. Etiam in hac ~~parte~~ re parcat unusquisque animae suae: qa huiusmodi cogi